

Z f  
2652

X2120437



THRENODIA  
SCHOLÆ ANNÆBERGENSIS  
Funeri acerbissimo  
*VIRI Admodum Reverendi, Amplissimi atque Praeclarissimi  
DOMINI*  
**M. JOHANNIS VOGELHAUPTII,**

Ad D. Annæ Archi-Diaconi meritissimi, Scholarumque

olim Rectoris celeberrimi,  
*Ipsò Exsequiarum Die IX. Aprilis.*  
pro ultimo Pietatis & Gratitudinis officio  
consecrata.

**D**um dubitata diu patrio Pax redditur Orbi,  
Cœlorum pacem, *Vir venerande*, petis.  
*Vir venerande* cadis, Pindi clarissimus Au-  
tor,  
Nobilis ingenio, vividus ore, manu.  
O mihi si liceat tacitum describere luctum,  
Quem Tibi defuncto cultior ANNA sacrat!  
O si Cizæos planctus formaret Apelles,  
Qvos Tibi Magnatum Splendida Musæ feret!  
Non jam sufficeret, nostras Tibi figere laurus;  
Nobilium gemitus CELSAqve vota darem.  
Improbis ille labor, qvò puncta suprema tulisti,  
Dignum laude Virum post pia fata docet.  
Entheus ille labor, quem sacra Ecclesia sensit,  
Dignum laude Virum post pia fata docet.  
Te BUCHNERI ardor magnis tornaverat ausis,  
Artibus in variis hinc Polyhistor eras.  
Eoas Lingvas, Physicen Divamqve Mathesin  
Ingenium rarâ calluit arte tuum.

Nocte dieqve Scholam formasti divite Zelo,  
Urbis honore potens, pacis amore potens.  
Vos igitur, qvos ANNA fovet, vos qvæso Magistros,  
Defunctum meritis contumulate metris.  
Et tu, qvæ studiis operaris, culta juventa,  
Ultima Musagetæ carmina redde Viro.  
Antè, pererratis Afrorum finibus, exul  
Peliacus vertex barbara tesca petet:  
Qvàm nostrò illius labantur pectore vultus,  
Qvàm taceat meritum publica fama Virum.  
Sed tamen, & Viduæ, restat, pia dicere verba,  
Si mihi per luctum pauca referre licet.  
Est Pater & Coniux jam funere mersus acerbo;  
Sed Pater & Coniux dulcis Jēsus erit.  
CHARÆ ANIMÆ, tandem nimiōs sopite dolores:  
Defunctus fruitur perpetue pace DEI.  
Qviqve diu claram præluxit lampada Mufis,  
Æmulus astrorum fulget in arce Poli.  
O Salve æternùm, cœlorum nobile Sidus!  
Dum colit ANNA pios, Te Schola nostra canet.

Typis David Nicolai, Anno M. DC. LXXIX.

1890

An octagonal library stamp with a black border. Inside, the letter 'Z' is printed in a large serif font at the top left, followed by 'f' in a smaller script font above '2652'. The number '2652' is printed in a large serif font below 'f'.

X2120437

THE MUSEUM OF FINE ARTS  
BOSTON MASS.



23218632

GENESIS

ИЕРУСАЛЫМ

1077

Kat. IV, 575  
29.

# ENODIA INÆBERGENSIS

i acerbissimo

di, Amplissimi atque Praeclarissimi

OMINI

# VOGELHA

oni meritissimi, Scholarumqve

toris celeberrimi,

arum Die IX. Aprilis.

tis & Gratitudinis officio  
consecrata.

Nocte dieqve Scholam forma-

Urbis honore potens, pacis

Vos igitur, qvos ANNA fovet,

Defunctum meritis contur

Et tu, qvæ studiis operaris, cu

Ultima Musagetæ carmina

Antè, pererratis Afrorum fini

Peliacus vertex barbara tef

Qvàm nostrò illius labantur p

Qvàm taceat meritum publ

Sed tamen, & Videlæ, restat, pi

Si mihi per luctum pauca re

Est Pater & Coniux jam funer

Sed Pater & Coniux dulcis

CHARÆ ANIMÆ, tandem nimi

Defunctus fruitur perpetu

Qviqve diu claram præluxit la

Æmulus astrorum fulget ir

O Salve æternùm, cœlorum nob

Dum colit ANNA pios, Te

ai, Anno M. DC. LXXIX.

